Michaëlis Angeli Primii
De Fistula sub inferiori ora
Orbitae Oculi dextri cum carie
ossis maxillae superioris, et duorum extremorum dentium
molarium feliciter sanata
Historia Altera
medico-cheirurgica singularissima.

ectropion

Vincentius Johannis Baptistae Benucci filius florentinus Annorum quatuor vel quinque robustioris corporis habitus, Fistula sub inferiori ora Orbitae Oculi dextri cum carie ossis maxillae superioris, et duorum extremorum dentium molarium laborabat. Accitus fui VI Nonas octobrias MDCCLVIII. ab ejus Patre, ut eum viserem, et etiam medicarem. Ideo demisi specillum in eam, ed id primum maxillari in sinu tendebat, et postea inter Genam, et Gingivam in ore perveniebat.

Cognita enim neque obscure hujus Fistulae natura, ejus Parentibus dixi, haec quamvis in periculo non esset, tutioremque haberet curationem: Nihilo secius inferior Palpebra remanebit in turpitudinem: Quamobrem antequam

antequam manum operi admoveam, velim, Celeberrimus Angelus Nannonius Praeceptor meus casum hunc videat, ut revera advocatus fuit, et exploravit hujus Fistulae naturam et in eadem fuit sententia. Ergo facere evellere è medico Dentario extremum dentem incoepimus, dein in alveolum demisi specillum, et ad sinum maxillarem usque perveniebat. [illegible]

Postridie ad eam ampliandam et ejus callum demoliendum in tota ejus situs extensione rubrum praecipitatum, aequâ portione cum usto alumine imposui, et eum fermè calcavi: ut ferret vehementem inflammationem, quae in suppurationem abiit: et deinde filamenta arida cum idonea illi parti fasciatura super imposui.

Confecto jam pure, separata fuit eschara pariter cum duobus ossis maxillae cariosi fragmentis, et Fistula in concavum ulcus conversa est. Itaque in toto curationis cursu ei aquam tepidam per auricularium clysterem injeci, et in id linamentum siccum dedi.

Pridie nonas eodem mense penultimum dentem molarem labefactum vidi: quapropter

propter digidis eum evelli. III nonas Novembrias Anno vertente in Linamento sicco calcando: at ulcus prolatum teneam, donec exeant omnia ossis cariosi frusta, unum tantummodo non parvum cum duobus processibus alveavibus ejusdem maxillae ossis, ubi dentes evulsi, in oris cavitate subsidit. Tum enim vero, iterum specillum demisi, ut videam, si superesset aliqua ossis cariosi particula, et nihil inveni nisi quod totam hujus ulceris cavitatem nova carne inductam. Idcirco cum contactu Lapidis infernī, et sicco Linamento curationem perduxi usque dum ad perfectam cicatricem pervenit, quae produxit illud vitium quod (εκτροπιον) ectropion Graeci vocant.

Illud autem, quod singularissimum reddit casum hunc, (1.°) est tres post menses renatum esse unum ex duobus dentibus evulsis: ut sub pagina Italico idiomate Cl. Angeli Nannoni approbatio Legitur*. (2.°) Quommodo

* Fo fede io sottoscritto maestro chirurgo del regio Spedale di S.a M.a Nuova come il chirurgo M.o Sr Michelangiolo Grima ha curato, ed ha guarito Vincenzio di Gioanbattista Barucci di Firenze d'anni quattro peri cinque, e che era malato d'una fistola aperta appunto sotto l'orlo dell'orbita trall'osso zigoma, ed il mascellare. Detta fistola era congiunta colla carie d'alcuni alveoli, che vennero fuori a pezzi, quindi furono cavati alcuni denti, dei quali ne rinacque qualcuno. La conseguenza di tale cura è stata la liberazione della fistula, e della carie, ed ha prodotto l'ectropion. Questo è quanto posso attestare io Angiolo Nannoni, che fui consultato più volte sopra al regolamento da tenersi per condurre alla perfetta guarigione un male di tanta conseguenza Firenze 10 Agosto 1759.

do mediocri cum auxilio simplicique Medicinae cheirurgicae tutò, et jucundè natura egit. ~~[illegible]~~ Ideo benè ajt Eloquentiae Romanae ~~Princeps~~ Princeps" Naturam ducem si sequamur nun=
"quam abberrabimus" et si alioquin (ut ~~ajt~~ inquit Pub. mim.) " mala medicina si aliquid "naturae perdit". Ergo Medici officium sem=per naturam ut morborum medicatricem sequatur, neque eam opprimat, velitque conari Emplastris et unguentibus, more Empiricorum medicorum, oportet.

Uno eodemque tempore hujus curationis eadem adversa valetudine correpta advenit Sanctae Mariae Novae Nosocomium mulier quaedam Annos ad triginta septem nata. Cum verò tum ejusdem Florentini Nosocomij Medicus-Chirurgus astans Primarius essem, eam curavi juxta methodum in Johannis Caspari Wibel disputatione propositam. Septima curationis die morbo extincta est. Secta calvaria, et facie, membranam Pituitariam in tota ejus extensione exulceratam, ac corruptam inveni.

Ex his igitur duobus casibus sese inter quasi similibus deduci potest, id Fistularum genus in pueris quamquam curatu difficilius, non esse tam periculosum, quam in adultis quia eorum ossa mollia facillime dissol=vuntur, et regenerantur

Finis